átrium princípis sacerdótum, qui dicebátur Cáiphas: et consílium fecérunt, ut Jesum dolo tenérent, et occíderent. Dicébant autem: S. Non in die festo, ne forte tumultus fíeret in pópulo.

que não haja algum motim entre o povo.

C. Cum autem Jesus esset in Bethánia in domo Simónis leprósi, accéssit ad eum múlier habens alabástrum unguénti pretíosi, et effúdit super caput ipsíus recumbéntis. Vidéntes autem discípuli, indignáti sunt, dicéntes: S. Ut quid perditio hæc? pótuit enim istud venúmdari multo, et dari paupéribus. C. Sciens autem Jesus, ait illis: † Quid molésti estis huic mulíeri? opus enim bonum operáta est in me. Nam semper páuperes habétis vobíscum: me autem non semper habétis. Mittens enim hæc unguéntum hoc in corpus meum, ad sepeliéndum me fecit. Amen, dico vobis, ubicúmque prædicátum fúerit hoc Evangélium in toto mundo, dicétur et quod hæc fecit, in memóriam ejus. C. Tunc ábiit unus de duódecim, qui dicebátur Judas Iscariótes, ad príncipes sacerdótum, et ait illis: S. Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam? C. At illi constituérunt ei trigínta argénteos. Et exínde quærébat opportunitátem, ut eum tráderet.

e anciãos do povo no palácio do príncipe dos sacerdotes, que se chamava Caifaz; e deliberaram sôbre o modo de prender secretamente a Jesús e de O matar. Diziam porém: Não seja no dia da festa para

Estando Jesús em Betânia, em casa de Simão, o leproso, chegou-se a Êle uma mulher com um vaso de alabastro, cheio de precioso bálsamo e derramou-o sôbre a sua cabeça, estando Êle à mesa. Vendo isto, os discípulos indignaram-se, dizendo: Para que êste desperdício? Podia êste unguento vender-se por bom preço e dar-se [o dinheiro] aos pobres. Compreendendo-os, Jesús lhes disse: Por que molestais esta mulher? Ela me fêz uma boa obra. Porque pobres sempre tereis convosco; porém a Mim nem sempre me tereis. E ela, derramando êste bálsamo sôbre o meu corpo, preparou-o para a sepultura. Em verdade, eu vos digo: onde êste Evangelho fôr pregado, em todo o mundo, também o que ela fêz será contado para memória sua.

Um dos doze, chamado Judas Iscariotes, foi então avisar-se com os príncipes dos sacerdotes e lhes disse: Que me quereis dar para que eu vos entregue Jesús? Eles combinaram dar-lhe trinta moedas de prata. E Judas, desde então, buscava uma oportunidade para O entregar.

Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: S. Ubi vis parémus tibi comédere pascha? C. At Jesus dixit: † Ite in civitatem ad quemdam, et dícite ei: Magíster dicit: Tempus meum prope est, apud te fácio pascha cum discipulis meis. C. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Jesus, et paraverunt pascha.

Vésperæ autem factæ, discumbébat cum duódecim discipulis suis. Et edéntibus illis, dixit: † Amen, dico vobis, quia unus vestrum me traditúrus est. C. Et contristáti valde, coeperunt singuli dícere: S. Numquid ego sum, Dómine? C. At ipse respondens, ait: † Qui intíngit mecum manum in parópside, hic me tradet. Fílius quidem hóminis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem hómini illi, per quem Fílius hóminis tradétur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. C. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: S. Numquid ego sum, Rabbi? C. Ait illi: † Tu dixisti.

C. Coenántibus autem eis, accépit Jesus panem, et benedíxit, ac fregit, dedítque discipulis suis, et ait: † Accípите et comédite: hoc est corpus meum. C. Et accípiens cálicem, grátias egit: et dedit illis, dicens: † Bíbite ex hoc omnes. Hic est enim

No primeiro dia dos ázimos, chegaram-se os discípulos a Jesús, dizendo: S. Onde quereis que preparemos para comer a Páscoa? Respondeu Jesús: Ide à cidade, a um certo homem e dizei-lhe: O Mestre diz: Meu tempo está próximo; em tua casa com os meus discípulos celebrarei a Páscoa. E os discípulos fizeram como Jesús lhes mandara e prepararam a Páscoa.

Chegada a tarde, pôs-se Êle à mesa com os seus doze discípulos. E enquanto comiam, disse: Em verdade, eu vos digo que um de vós me há de trair. Entristecidos sobremodo, começaram êles, um após outro, a perguntar: Acaso sou eu, Senhor? Respondeu Jesús, dizendo: O que mete comigo a mão no prato, êsse me entregará. O Filho do homem vai, assim como está escrito d'Êle; mas aí daquele por quem o Filho do homem será entregue! Bom fôra a tal homem, que não houvesse nascido. Tomando a palavra, Judas, que O traíra, disse: Acaso sou eu, Mestre? Respondeu-lhe Jesús: Tu o disseste.

Enquanto ceavam, tomou Jesús o pão, benzeu-o, partiu-o e deu-o a seus discípulos, dizendo: Tomai e comei; isto é o meu Corpo. E tomando o cálice, rendeu graças e deu-o a êles, dizendo: Bebei dêle, todos, porque êste é o meu Sangue do Novo Testamento; e

sanguis meus novi Testaménti: qui pro multis effundétur in remissionem peccatórum. Dico autem vobis: non bibam ámodo de hoc genímine vitis usque in diem, illum, cum illud bibam vobíscum novum in regno

êle será derramado por muitos para remissão dos peccados. Digo-vos, porém, que, de ora avante não beberei dêste fruto da vide, até o dia em que o beberei novo, convosco, no Reino de meu Pai.

C. Et hymno dicto, exierunt in montem Olivétí. Tunc dicit illis Jesus: † Omnes vos scándalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim: Percútiam pastórem, et dispergéntur oves gregis. Postquam autem resurréxero, præcedam vos in Galilæam. C. Respóndens autem Petrus, ait illi: S. Et si omnes scandalizáti fúerint in te, ego numquam scandalizabor. C. Ait illi Jesus: † Amen, dico tibi, quia in hac nocte, ántequam gallus cantet, ter me negábis. C. Ait illi Petrus: S. Etiam si oportúerit me mori tecum, non te negábo. C. Simíliter et omnes discípuli dixerunt.

E cantado o hino, saíram para o monte das Oliveiras. Disse-lhes então Jesús: Todos vós, vos scandalizareis de mim esta noite. Pois está escrito: Ferirei o pastor e serão dispersas as ovelhas do rebanho; mas depois que eu resuscitar, irei adiante de vós para a Galiléia. Respondeu porém, Pedro, dizendo-Lhe: Ainda que todos se escandalizem a vosso respeito, eu nunca me escandalizarei. Disse-lhe Jesús: Em verdade, eu te digo: nesta noite, antes que o galo cante, negar-me-ás três vêzes. Disse-Lhe Pedro: Ainda que convosco haja de morrer, não Vos negarei. E todos os discípulos disseram o mesmo.

Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsémani, et dixit discípulis suis: † Sedéte hic, donec vadam illuc et orem. C. Et assumpto Petro et duóbus filiis Zebedæi, coepit contristári et mæstus esse. Tunc ait illis: † Tristis est ánima mea usque ad mortem: sustinéte hic, et vigiláte mecum. C. Et progréssus pusillum, prócidit in fáciem

Dirigiu-se então Jesús com êles a um lugar chamado Getsémani, e ali disse a seus discípulos: Sentai-vos aqui, enquanto eu vou adiante a orar. E levando consigo Pedro e os dois filhos de Zebedeu começou a entristecer-se e a angustiar-se. E disse-lhes então: Minha alma está triste até a morte: ficai aqui e velai comigo. Adiantando-se um pouco, prostrou-se, com a face em terra, e orou,

suam, orans et dicens: † Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C. Et venit ad discipulos suos, et invenit eos dormientes: et dicit Petro: † Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate et orate, ut non intratis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C. Iterum secundo abiit et oravit, dicens: † Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. C. Et venit iterum, et invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis iterum abiit et oravit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis: † Dormite jam et requiescite: ecce, appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, appropinquavit, qui me tradet. C. Adhuc eo loquente, ecce, Judas unus de duodecim, venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus, missi a principibus sacerdotum, et senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens: S. Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum: C. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: S. Ave, Rabbi. C. Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus: † Amice, ad quid venisti?

dizendo: Meu Pai, se é possível, passe de mim este cálice; contudo não seja como eu quero, e sim como Tu queres. Voltando a seus discipulos, achou-os a dormir, e disse a Pedro: Assim, não pudes-tes velar uma hora comigo? Vigiai e orai para não caídes em tentação. O espírito em verdade está pronto, mas a carne é fraca. Retirando-se outra vez, orou, dizendo: Meu Pai, se não pode este cálice passar sem que eu o beba, faça-se a tua vontade. Indo novamente a eles, achou-os a dormir, porque os seus olhos estavam pesados de sono. E deixando-os, foi-se de novo e orou pela terceira vez, dizendo as mesmas palavras. Então veio a seus discipulos e disse-lhes: Dormi agora e repousai; eis que chegou a hora em que o Filho do homem será entregue às mãos dos pecadores. Levantai-vos. Vamos, eis que se aproxima quem me trairá.

Enquanto Ele falava, eis que chega Judas, um dos doze, e com ele uma grande multidão com espadas e paus enviada pelos príncipes dos sacerdotes e anciãos do povo. Ora, o que O traíra lhes tinha dado um sinal, dizendo: Aquêlê que eu beijar, Êsse é; predeí-O. E logo, chegando-se a Jesus, disse: Salve, Mestre! E beijou-O. Disse Jesus: Amigo, a que vieste? † Amice, ad quid venisti?

C. Tunc accessérunt, et manus iniecérunt in Jesum, et tenuérunt eum. Et ecce, unus ex his, qui erant cum Jesu, exténdens manum, exémit gládium suum, et percútiens servum princípis sacerdótum, amputávit aurículam ejus. Tunc ait illi Jesus: † Convérte gládium tuum in locum suum. Omnes enim, qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non possum rogáre Patrem meum, et exhibébit mihi modo plus quam duódecim legiões Angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scriptúræ, quia sic opórtet fieri? **C.** In illa hora dixit Jesus turbis: † Tamquam ad latrónem existis cum gládiis et fústibus comprehendere me: quotidie apud vos sedébam docens in templo, et non me tenuístis. **C.** Hoc autem totum factum est, ut adimpleréntur Scriptúræ Prophetárum. Tunc discipuli omnes, relícto eo, fugérunt.

At illi tenéntes Jesum duxérunt ad Cáipham, princípem sacerdótum, ubi scribæ et senióres convénierant. Petrus autem sequebátur eum a longe, usque in átrium princípis sacerdótum. Et ingrèssus intro, sedébat cum ministris ut vidéret finem. Príncipes autem sacerdótum et omne concílium quærébant falsum testimónium contra Jesum, ut eum morti

Então os outros avançaram, agarraram a Jesús e O prenderam. E logo um dos que estavam com Jesús [Pedro], estendendo a mão, desembainhou a sua espada e feriu o servo do príncipe dos sacerdotes, cortando-lhe uma orelha. Então Jesús lhe disse: Mete a tua espada em seu lugar; porque todos que tomarem a espada, à espada morrerão. Acaso pensais que não poderia rogar a meu Pai, que me enviasse agora mais de doze legiões de Anjos [72.000]? Como, pois, se cumpririam as Escrituras, que dizem que assim deve suceder? Naquela mesma hora disse Jesús às turbas: Como se eu fôra um ladrão, viestes armados de espadas e varapaus para me prender; todos os dias estava sentado entre vós, ensinando no templo, e não me prendestes. Tudo isto, porém, aconteceu para que se cumprissem as Escrituras dos Profetas. Então, todos os discípulos abandonando-O, fugiram.

Aquêles, porém, que haviam prendido a Jesús, O levaram a Caifaz, príncipe dos sacerdotes, onde os escribas e anciãos se haviam reunido. Pedro, no entanto, O foi seguindo de longe, até o pátio do príncipe dos sacerdotes. E entrando, sentou-se com os criados para ver o fim. Os príncipes dos sacerdotes e todo o concelho buscavam algum falso testemunho contra Jesús, para O

tráderent: et non invenérunt, cum multi falsi testes accessissent. Novíssime autem venérunt duo falsi testes et dixerunt: S. Hic dixit: Possum destrúere templum Dei et post trídium reedificáre illud. C. Et surgens prínceps sacerdótum, ait illi: S. Nihil respóndes ad ea, quæ isti advérsus te testificántur? C. Jesus autem tacébat. Et prínceps sacerdótum ait illi: S. Adjúro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus, Fílius Dei. C. Dicit illi Jesus: † Tu dixísti. Verúmtamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium hóminis sedéntem a dextris virtútis Dei et veniéntem in núbibus cæli. C. Tunc prínceps sacerdótum scidit vestiménta sua, dicens: S. Blasphemávit: quid adhuc egémus téstibus? Ecce, nunc audístis blasphémiam: quid vobis vidétur? C. At illi respondéntes dixerunt: S. Reus est mortis. C. Tunc expuérunt in fáciem ejus, et cólaphis eum cecidérunt, álii autem palmas in fáciem ejus dedérunt, dicéntes: S. Prophetíza nobis, Christe, quis est qui te percússit?

C. Petrus vero sedébat foris in átrio: et accéssit ad eum una ancílla, dicens: S. Et tu cum Jesu Galilæo eras. C. At ille negávit coram ómnibus, dicens: S. Nescio, quid dicis. C. Exeúnte autem illo jánuam, vidit eum ália

poderem condenar à morte, mas não o achavam, ainda que muitas testemunhas falsas se houvessem apresentado. Finalmente, vieram duas falsas testemunhas e disseram: Êste disse: Eu posso derribar o templo de Deus, e reedificá-lo em três dias. E levantando-se, o príncipe dos sacerdotes disse-Lhe: Nada respondes ao que êstes dizem contra Ti? Jesús porém calava-se. E o príncipe dos sacerdotes disse-Lhe: Conjuro-te pelo Deus vivo, que nos digas se és o Cristo, o Filho de Deus. Disse-lhe Jesús: Sim, eu sou. Digo-vos, porém, que de ora em diante vereis o Filho do homem sentado à direita do poder de Deus, e vindo sôbre as nuvens do céu. Então o príncipe dos sacerdotes rasgou as suas vestes, dizendo: Blasfemou. Para que necessitamos ainda de testemunhas? Eis que agora ouvistes a sua blasfêmia. Que vos parece? Responderam êles: E' réu de morte. E cuspiram no rosto de Jesús e Lhe deram punhadas. E outros Lhe deram bofetadas, dizendo: Adivinha, ó Cristo; quem foi que Te bateu?

Pedro estava sentado fora, no pátio. E chegou-se a êle uma criada, dizendo: Tu também estavas com Jesús, o Galileu. Êle negou, no entanto, diante de todos, dizendo: Não sei o que dizes. Saindo êle à porta, viu-o outra criada e disse

ancilla, et ait his, qui erant ibi: S. Et hic erat cum Jesu Nazaréno. C. Et iterum negavit cum juramento: Quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt, qui stabant, et dixerunt Petro: S. Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. C. Tunc coepit testari et jurare, quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare.

Mane autem facto, consilium iniérunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Póntio Piláto præsidi.

Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset; pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens: S. Peccavi, tradens sanguinem justum. C. At illi dixerunt: S. Quid ad nos? Tu videris. C. Et projectis argenteis in templo, recessit: et abiens, láqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: S. Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est. C. Consilio autem inito, emerunt ex illis

aos que aí se achavam: Também este estava com Jesús, o Nazareno. E Pedro negou outra vez com juramento: Não conheço o homem. Pouco depois aproximaram-se os que ali estavam, e disseram a Pedro: Certamente tu és também deles; porque a tua fala te dá a conhecer. Então começou ele a fazer imprecações e a jurar que não conhecia tal homem. E logo o galo cantou. Lembrou-se então Pedro da palavra de Jesús que lhe dissera: Antes que o galo cante, negar-me-ás três vêzes. E, saindo, chorou amargamente.

Logo ao amanhecer fizeram conselho todos os príncipes dos sacerdotes e anciãos do povo, contra Jesús para O condenarem à morte. E levando-O amarrado, eles O entregaram ao governador Pôncio Pilatos.

Quando Judas, que o traíra, viu que Jesús fôra condenado, cheio de arrependimento foi levar as trinta moedas de prata aos príncipes dos sacerdotes e aos anciãos, dizendo: Pequei, traíndo o sangue inocente. Eles, porém, responderam: Que nos importa? Aranja-te. E ele, jogando os dinheiros no templo, retirou-se e foi enforcar-se com uma corda. Os príncipes dos sacerdotes, tomando então as moedas de prata, disseram: Não é lícito pô-las no cofre das ofertas, porque é preço de sangue. E deliberaram entre si, com-

agrum fíguli, in sepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille Hacéldama, hoc est, ager sánguini, usque in hodiérnam diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Jeremíam Prophétam, dicéntem: Et accepérunt trigínta argénteos prétium appretiáti, quem appretiavérunt a fíliis Israél: et dedérunt eos in agrum fíguli, sicut constitúit mihi Dóminus.

Jesus autem stetit ante præsides, et interrogávit eum præsides, dicens: S. Tu es Rex Judæórum? C. Dicit illi Jesus: † Tu dicis. C. Et cum accusarétur a princípibus sacerdotum et senióribus nihil respóndit. Tunc dicit illi Pilátus: S. Non audis quanta advérsus te dicunt testimónia? C. Et non respóndit ei ad ullum verbum, ita ut mirarétur præsides vehementer.

Per diem autem solémem consuéverat præsides pópulo dimítere unum vinctum, quem voluissent. Habébat autem tunc vinctum insígnem, qui dicebátur Barrábbas. Congregátis ergo illis, dixit Pilátus: S. Quem vultis dimíttam vobis: Barrábbam, an Jesum, qui dicitur Christus? C. Sciébat enim, quod per invídiam tradidissent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli, misit ad eum úxor ejus, dicens: S. Nihil tibi et justo

pravar com elas o campo de um oleiro, para sepultura dos peregrinos. Por isso chamou-se àquele campo Hacéldama, isto é, campo de sangue, até o dia de hoje. Assim se cumpriu o que fôra dito pelo profeta Jeremias, nestas palavras: Tomaram as trinta moedas de prata, custo d'Aquele cujo preço foi avaliado pelos filhos de Israel, e as deram pelo campo de um oleiro, como o Senhor me ordenou.

E compareceu Jesús diante do governador, que O interrogou dêsse modo: E's Tu o Rei dos judeus? Disse-lhe Jesús: Sim, eu o sou. E, sendo acusado pelos príncipes dos sacerdotes e anciãos, nada respondeu. Então Pilatos disse-Lhe: Não ouves quantas coisas dizem as testemunhas contra Ti? E Jesús a nada respondeu, de maneira que o governador se admirava em extremo.

Naquele dia solene costumava o governador soltar um prêso ao povo, qualquer que quisessem. E havia então um prêso afamado chamado Barrabaz. Pilatos disse, pois, à multidão reunida: Qual dos dois quereis que vos solte: Barrabaz ou Jesús, que se chama o Cristo? Porque sabia que por inveja é que O haviam entregado. E estando êle assentado no tribunal, sua mulher mandou-lhe dizer: Não te embaraces com êsse Justo, porquanto muito sofri hoje,

illi: multa enim passa sum hódie per visum propter eum. **C.** Príncipes autem sacerdótum et senióres persuasérunt pópulis, ut pétèrent Barábbam, Jesum vero pérderent. Respóndens autem præses, ait illis: **S.** Quem vultis vobis de duóbus dimítti? **C.** At illi dixerunt: **S.** Barábbam. **C.** Dicit illis Pilátus: **S.** Quid ígitur fáciam de Jesu, qui díctur Christus? **C.** Dicunt omnes: **S.** Crucifigátur. **C.** Ait illis præses: **S.** Quid enim mali fecit? **C.** At illi magis clamábant, dicéntes: **S.** Crucifigátur. **C.** Videns autem Pilátus, quia nihil profíceret, sed magis tumultus fieret, accépta aqua, lavit manus coram pópulo, dicens: **S.** Innocens ego sum a ságuine justí hujus: vos vidéritis. **C.** Et respóndens unívrsus pópulus, dixit: **S.** Sanguis ejus super nos et super fílios nostros. **C.** Tunc dimísit illis Barábbam: Jesum autem flagellátum trádidit eis, ut Tunc mílites præsidis suscipiéntes Jesum in prætóri-um, congregavérunt ad eum unívrsam cohórtem: et exuéntes eum, chlámydem coccíneam circumdedérunt ei: et plecténtes corónam de spinis, posuérent super caput ejus, et arúndinem in délixtera ejus. Et genu flexo ante eum, illudébant ei, dicéntes: **S.** Ave, Rex Judæórum. **C.** Et exspuéntes

em sonhos, por causa d'Êle. Mas os príncipes dos sacerdotes e os anciãos persuadiram às turbas que pedissem Barrabaz, e fizessem morrer a Jesús. O governador, respondendo, disse-lhes: Qual dêstes dois quereis que vos solte? E êles responderam: Barrabaz. Pilatos lhes disse: Que farei pois, de Jesús, que se chama o Cristo? Disseram todos: Seja crucificado. O governador lhes observou ainda: Que mal fêz Êle no entanto? E êles ainda mais gritavam, dizendo: Seja crucificado. Pilatos, vendo que nada conseguia e antes crescia o tumulto, mandou vir água e lavou as mãos diante do povo, dizendo: Eu sou inocente do sangue dêste Justo: vêde-o, vós outros. Respondendo, todo o povo disse: Caia seu sangue sôbre nós e sôbre os nossos filhos. E logo Pilatos soltou-lhes Barrabaz e entregou-lhes Jesús, depois de O açoitar, para ser crucificado. crucifigerétur.

Então os soldados do governador levaram Jesús ao pretório e reuniram em redor d'Êle tôda a coorte; despin-do-O, êles O cobriram com um manto de púrpura; e tecendo uma coroa de espinhos, puseram-na sôbre a sua cabeça; e meteram uma cana em sua mão direita. Ajoelhando diante d'Êle, escarneciam, dizendo: Salve, Rei dos Judeus! E cuspi-do n'Êle, tomavam a

in eum, accepérunt arúndinem, et percutiébant caput ejus. Et postquam illusérunt ei, exuérunt eum chlámyde, et induérunt eum vestiméntis ejus, et duxérunt eum, Exeúntes autem, invenérunt hóminem Cyrenáum, nómine Simónem: hunc angariavérunt, ut tólleret crucem ejus. Et venérunt in locum, qui dicitur Gólgota, quod est Calváriæ locus. Et dedérunt ei vinum bíbere cum felle mixtum. Et cum gustásset, nóluit bíbere. Postquam autem crucifixerunt eum, divisérunt vestiménta ejus, sortem mitténtes: ut implerétur, quod dictum est per Prophétam, dicéntem: Divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem. Et sedéntes, servábant eum. Et imposuérunt super caput ejus causam ipsíus scriptam: Hic est Jesus, Rex Judæórum.

Tunc crucifíxi sunt cum eo duo latrónes: unus a dextris et unus a sinístris. Prætereúntes autem blasphemábant eum, movéntes cápita sua et dicéntes: S. Vah, qui déstruis templum Dei et in tríduo illud reædificas: salva temetípsum. Si Fílius Dei es, descénde de cruce. C. Simíliter et príncipes sacerdótum illudéntes cum scríbis et senióribus dicébant: S. Alios salvos fecit, seípsum non pot-

cana e Lhe batiam na cabeça. E depois que zombaram d'Êle, tiraram-Lhe o manto, e O vestiram com os seus vestidos, levando-O para ser crucificado. ut crucifígerent.

Ao sair, encontraram um homem de Cirene, por nome Simão, ao qual forçaram a levar a cruz de Jesus. E chegaram ao lugar que se chama Gólgota, isto é, lugar do Calvário. Deram-Lhe então a beber vinho misturado com fel; mas Jesus, provando-o, não o quis beber. Depois O crucificaram, e repartiram os seus vestidos, lançando a sorte para que se cumprisse o que fôra predito pelo Profeta nestas palavras: Dividiram entre si as minhas vestes e sôbre a minha túnica, lançaram sortes. E assentando-se, êles O vigiavam. E puseram sôbre a sua cabeça a causa da sua morte, assim escrita: Êste é Jesus, Rei dos judeus.

Juntamente com Êle, foram crucificados dois ladrões, um à direita e outro, à esquerda. E os que passavam blasfemavam contra Êle, meneando a cabeça e dizendo: Tu, que destróis o templo de Deus e em três dias o reedificas, salva-Te a Ti mesmo. Se és o Filho de Deus, desce da cruz. Da mesma forma também os príncipes dos sacerdotes com os escribas e anciãos, zombando d'Êle, diziam: A outros salvou; a Si mesmo não se

est saluum fácere: si Rex Israël est, descéndat nunc de cruce, et crédimus ei. Confídit in Deo: líberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia Fílius Dei sum. C. Idípsum autem et latrónes, qui crucifíxi erant cum eo, improperábant ei.

A sexta autem hora ténebræ factæ sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Jesus voce magna, dicens: † Eli, Eli, lamma sabacthání? C. Hoc est: † Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquísti me? C. Quidam autem illic stantes et audiéntes dicébant: S. Elíam vocat iste. C. Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto et impósuit arúndini, et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant: S. Sine, videámus an véniat Elías líberans eum. C. Jesus autem íterum clamans voce

Aqui todos se ajoelham em honra da morte de Nosso Senhor.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deórsum: et terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monuménta apértasunt: et multa córpora sanctórum, qui dormíerant, surrexérunt. Et exeúntes de monuméntis post resurrectionem ejus, venérunt in sanctam civitátem, et apparuerunt multis.

Centúrio autem, et qui cum eo erant, custodiéntes

pode salvar. Se é o Rei de Israel, desça agora da cruz, e n'Ele havemos de crer. Confiou em Deus; livre-O. Ésse agora, se O ama, porque disse: Sou o Filho de Deus. E os mesmos improperios Lhe lançavam em rosto os ladrões que com Ele estavam crucificados. E desde a hora sexta, houve trevas sobre toda a terra, até a hora nona. [Das 12 às 15 horas.] E perto da hora nona, clamou Jesús em alta voz, dizendo: Eli, Eli, lamma sabacthání? Isto é: Meu Deus, meu Deus, por que me abandonastes? E alguns dos que ali estavam, ouvindo-O, diziam: Ele chama por Elías. E logo, um d'elles, a correr, tomou uma esponja, e ensopando-a em vinagre, colocou-a em uma cana e Lhe dava a beber. E os outros diziam: Deixa, vejamos se Elías vem para O livrar. E Jesús, clamando outra vez em voz forte, entregou o espírito. magna, emísit spíritum.

E eis que o véu do templo se rasgou em duas partes, de alto a baixo. A terra tremeu, as pedras se fenderam, os sepulcros se abriram e muitos corpos dos santos, que tinham adormecido, ressuscitaram. E, saindo dos sepulcros depois de sua ressurreição, vieram à cidade santa e apareceram a muitos.

O centurião e os que com ele guardavam a Jesús, vendo o

Jesum, viso terræmótu et his, quæ fiébant, timuérunt valde, dicéntes: S. Vere Fílius Dei erat iste. C. Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secútæ erant Jesum a Galilæa, ministrántes ei: inter quas erat María Magdaléne, et Maria Jacóbi et Joseph mater, et mater filiórum Zebedæi.

Cum autem sero factum esset, venít quídam homo dives ab Arimathæa, nómine Joseph, quí et ipse discípulus erat Jesu. Hic accéssit ad Pilátum, et pétíit corpus Jesu. Tunc Pilátus jussit reddi corpus. Et accépto córpore, Joseph invólvit illud in síndone munda. E pósuit illud in monuménto suo novo, quod excíderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit. Erat autem ibi María Magdaléne, et áltera María, sedéntes contra sepúlcrum.

Aquí se diz: Munda cor, etc. (ver no Ordinário da Missa). Em seguida canta o diácono, em tom de Evangelho:

Altera autem die, quæ est post Parascéven, convenérunt príncipes sacerdotum, et pharisæi ad Pilátum, dicéntes: Dómine, recordáti sumus, quia sedúctor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resúrgam. Jube ergo custodíri sepúlcrum usque in diem tértium: ne forte véniant discípuli ejus, et fureréntur eum, et dicant plebi:

terremoto e as coisas que aconteciam, tiveram muito medo e disseram: Verdadeiramente Êste era o Filho de Deus. Achavam-se também ali, olhando de longe, muitas mulheres, as quais, desde a Galiléia, haviam seguido a Jesús, servindo-O. Entre estas estavam Maria Madalena e Maria, mãe de Tiago e de José, e a mãe dos filhos de Zebedeu.

Quando se fêz tarde, veio um homem rico de Arimatéia, chamado José, que também era discípulo de Jesús. Êle foi ter com Pilatos e pediu-lhe o corpo de Jesús. Pilatos ordenou então que lhe dessem o Corpo. E José, tomando o Corpo, envolveu-O em um lençol limpo, e depositou-O em um sepulcro novo que mandara abrir para si, na rocha. E encostando uma grande pedra à entrada do sepulcro, retirou-se. Permaneciam porém, ali, Maria Madalena e a outra Maria, sentadas defronte do sepulcro.

No outro dia, que é o seguinte ao de Parasceve, os príncipes dos sacerdotes e os fariseus apresentaram-se juntos a Pilatos, dizendo: Senhor, lembramo-nos de que aquêle impostor, quando ainda em vida, disse: Depois de três dias, ressuscitarei. Manda, pois, que se guarde o sepulcro até o terceiro dia, para que não venham os seus discípulos,

Surréxit a mórtuis: et erit novíssimus érror péjor prióre. Ait illis Pilátus: Habétis custódiam, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem, cum custódibus. — Credo.

Offertorium (Ps. 68, 21-22)

Impropérium exspectávit cor meum, et misériam: et sustínui qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni: et dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

Secreta

Concéde, quæsumus, Dómine: ut óculis tuæ majestátis munus oblátum, et grátiam nobis devotiónis obtíneat, et efféctum beátæ perennitátis acquirat. Per D. N.

Prefácio da Santa Cruz, à pag. 702, 4.

Communio (Matth. 26, 42)

Pater, si non potest hic calix transíre, nisi bibam illum: fiat volúntas tua.

Postcommunio

Per hujus, Dómine, operatióem mystérii: et vítiá nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per D. N.

Nas Missas rezadas, lê-se no fim o Evangelho da Bênção dos Ramos, à pag. 334

e furtando-O, digam ao povo: Ressuscitou dos mortos, e seja o último êrro pior que o primeiro. Disse-lhes Pilatos: Tendes uma guarda; ide, guardai-O como o entenderdes. E êles, retirando-se, puseram guardas no sepulcro e selaram a pedra. — Credo.

Meu coração só aguarda impropérios e miséria; esperei que alguém se entristecesse comigo, e ninguém houve; procurei quem me consolasse e não encontrei; por alimento êles me deram fel, e em minha sede, com vinagre me abeberaram.

Concedei, Senhor, Vos pedimos, que o dom oferecido aos olhos de vossa Majestade nos obtenha a graça da submissão e a recompensa de uma feliz eternidade. Por N. S.

Pai, se êste cálice não pode passar de mim sem que eu o beba, faça-se a tua vontade.

Fazei, Senhor, que pela ação dêste Mistério, sejam expiados os nossos vícios e cumpridos os nossos justos desejos. Por N. S.

SEGUNDA-FEIRA DA SEMANA SANTA

Statio ad S. Praxedem

O Salvador se prepara para sua Paixão (Cânticos). Enquanto Judas se resolve a traír Jesús, Maria Madalena unge o Mestre querido “para a sepultura”. Também nós podemos seguir o exemplo de Maria, ungindo os pés do Salvador, o que, no dizer de Santo Agostinho,